Descartes, René
Opera philosophica. Editio ultima, nunc demum hac editione diligenter recognita, & mendis expurgata. Amstelodami 1685. (36)+222+(16)+248+(24)+96 s. Portr. |||.

Innehåll:
Principia philosophiae. - Specimina philosophiae: seu Dissertatio de methodo recte regendae rationis, & veritatis in scientiis investigandae: Dioptrice, et meteora. - Passiones animae.

Gad. n:r 773. Trist pag. baul


des Cartes
OPERA
Philosophica.

CONTENTA
in hoc Volumine.

Meditationes de Prima Philoſophia; &c.

Epiſtola ad Celeberrimum virum D. Gisbertum Voetium.

Principia Philoſophiæ.

Diſſertatio de Methodo.

Dioptrice.

Meteora.

Tractatus de Paſſionibus Animæ.

TYPOGRAPHUS AD LECTOREM.

CUm in nova hac operum Illuſtris viri, RENATI DES CARTES, *editione adoranda in id unicè fuerimus intenti, ut quàm accuratiſſimè prodirent: à Clariſſimis Viris D. Joannes de Raey, Philoſophiæ; & D. Franciſco à Schooten, Matheſeos, in Acad. Lugd. Bat. Profeſſoribus, impetravimus, ut ille quidem mendorum Typographicorum, quæ in Principiis & Methodo in priores editiones illapſa fuerant, emendationem ſuppeditaverit, hic vero idem in Dioptrica & alibi præſtiterit, eamque novis quibuſdam figuris ut & animadverſionibus nonnullis illuſtraverit, ac Geometriam de novo recognoverit, longè amplioribus Commentariis exornaverit, nec non poſthumis Dni de Beaune acceſſionibus locupletaverit. Quod noſtrum Te juvandi ſtudium, Amice Lector, tibi non ingratum fore ſperamus, parati & aliis nonnullis quæ publicæ luci expoſituri ſumus, non minus commodo tuo providere. Vale.*

RENATI DES-CARTES
OPERA
PHILOSOPHICA.

EDITIO ULTIMA,

Nunc demum hac Editione diligenter recognita, & mendis expurgata.

Hildebrand

Primus inacceſſum qui per tot ſecula verum
Eruit è tetris longæ caliginis umbris.
Myſta ſagax, Natura, tuus, ſic cernitur Orbi
Carteſius. Voluit ſacros in imagine vultus
Jungere victuræ artificis pia dextera famæ,
Omnia ut aſpicerent quem ſecula nulla tacebunt.

CONSTANTINI HUGENII F.^at

RENATI DES-CARTES

PRINCIPIA PHILOSOPHIÆ.

Ultima Editio cum optima collata, diligenter recognita, & mendis expurgata.

AMSTELODAMI,
Ex Typographia BLAVIANA, M DC LXXXV.
Sumptibus Societatis.

SERENISSIMÆ PRINCIPI

ELISABETHÆ,

FREDERICI BOHEMIÆ REGIS,
Comitis Palatini, & Electoris Sacri Romani
Imperii, Filiæ natu maximæ.

SERENISSIMA PRINCEPS,

Maximum fructum percepi ſcriptorum, quæ antehac in lucem edidi, quòd ea perlegere dignata ſis; quodque eorum occaſione in notitiam tuam admiſſus, tales dotes tuas eſſe cognoverim, ut è re gentis humanæ eſſe putem, eas ſeculis in exemplum proponi. Non deceret me vel adulari, vel aliquid non ſatis perſpectum affirmare præſertim hoc in loco, in quo veritatis fundamenta jacere conaturus ſum; & ſcio, non affectatum ac ſimplex Philoſophi judicium generoſæ modeſtiæ tuæ gratius fore, quam magis exor-